



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput V. Innocent. III. in Concilio (a) Lateran.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

## C A P U T V.

Innocent. III in Concilio(a) Lateran.

**Q**uod quibusdam religiosis à Sede Apostolica est prohibitum, volumus, & mandamus ad universos extendi, ne quis videlicet religiosus abique (b) majoris partis Capituli, & Abbatis sui licentia pro alio fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat, ultra summam communii providentia constitutam: alioquin non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere, nūl forte in utilitatem (c) domus ipsius manifeste consideriter redundasse. Et qui contra istud statutum venire presumplerit, graviori disciplinae subdatur.

## N O T A E.

(a) **L**ateranen.) Generali videlicet, sub Innocentio III. celebrato, ubi cap. 59. & in cap. unic.  
hoc titulo, in 4. collect. resurit hic textus, de quo  
Concilio nonnulla notavi in cap. 1. de summa  
Trinit.

(b) **M**ajoris partis.) Quae etiam desideratur in  
qualibet alienatione rerum Ecclesie, juxta addu-  
cta in cap. 1. de his que sunt à major.

(c) **I**n utilitate domus.) Ex his verbis deducunt  
Fachineus lib. 2. contr. cap. 77. Pinel. in l. 2. C.  
de rescind. num. 69. quod quando Praelatus cum  
debita solennitate mutuam pecuniam accepit,  
etsi non proberet eam conversam fuisse in ejus  
utilitatem, tenetur Ecclesia eam solvere. Sed  
contrarium, immo non teneri Ecclesiam ex  
mutuo à Praelato simul cum Capitulo accepto,  
nisi probatum fuerit, pecuniam veram esse in  
ejus utilitatem, docuerunt plures congesti à  
Barbosa in collect. & select. ad hunc extum Hermo-  
filla in l. 3. tit. 1. glof. 2. part. 5. in qua opinio-  
num varietate placuit distinctio P. Molinae tom. 2.  
de justitia. disput. 300. quem sequuntur plures  
congesti ad Hermoilla ubi proxime, & noviter  
Gibalinus lib. 1. de usur. cap. 3. articul. 2. num. 5.  
videlicet, ut si ad mutuum solendum alienanda  
sint immobilia, aut mobilia pretiosa, que ser-  
vando servari possunt, incumbat creditor onus  
probandi, tale mutuum cessisse in utilitatem Ec-  
clesiae; quia talia bona nequeunt alienari sine  
debita solennitate. Si vero ad mutui accepta  
solutionem sufficient alia bona mobilia, non est  
necessario probanda predicta utilitas Eccle-  
sie. Quando tamen pecunia dicatur vera in  
Ecclesie utilitatem, exponit Gibalinus ubi  
supra.

## C O M M E N T A R I U M.

2. **Q**uidam sum fidejussiones, qui variis ex cau-  
sis ex fidejussione efficaciter non obligantur,  
qui non idonei dicuntur in l. 3. ff. de fide-  
juss. l. 1. & 2. ff. qui farid. l. 1. ff. si quis in jus  
vocabat. Et in primis iure civili attento omnes  
personas, quae stipulari non poterant, veluti  
mutus, infans, & similes, qui solennia stipula-  
tionis verba proferre non poterant, nec ut fide-  
jussiones poterant intercedere, l. Græc. 8 ff. l.  
blanditius 12. C. hoc titul. Hodie tamen attenta  
lege 2. tit. 18. lib. 5. recopil. omnes illi fidejussiones  
dari possunt, si consensum, concepsumque  
suum exprimere possint, ut docent Gregorius

Lopez in l. 6. titul. 12. partit. 5. Padilla in l.  
promiss. num. 5. C. de transact. Parladorius lib. 2.  
rerum quodam. cap. 3. num. 22. Azevedus in dict.  
l. 2. num. 19. Matienus glof. 3. num. ultima. In-  
fans vero, prodigus, furiosus, & similes, qui  
ex contractibus efficaciter non obligantur, nec ex  
fidejussione tenentur. Deinde idonei fidejussiones  
non sunt minores, qui licet stricto jure efficaci-  
ter teneantur, ut agnoscent Gomez lib. 2. var.  
cap. 13. num. 19. Barbosa in l. 1. C. de fil. famili-  
tamen non sunt idonei, l. de die 8. § 1. ff. qui sati-  
dar. cog. l. ait Prator 7. § 1. non solum 3. ff. de mi-  
nor. l. 3. l. si Titius 48. ff. hoc tit. l. C. de fil.  
famil. Cum enim fidejussio per se damnosafit, ut  
supra probavi in cap. 1. creditur minorem in ea  
fuisse circumscriptum, & ita facile ipse restitu-  
tur adversus fidejussionem, ut probant Herin-  
gues de fidejuss. cap. 1. num. 46. & cap. 7. ex num.  
82. Pittus Maurus cod. tract. 2. p. sejt. 8. cap. 15.  
latè Noguerol. alleg. 34. Fontanel. de patris mpt.  
clausul. 4. glof. 8. p. 3. num. 28. Barbola ubi supra,  
Molina de justitia tract. 2. disput. 504. num. 25.  
nisi minor fidejusserit in rei propriam, idest  
in proprio negotio, ut in utilitate suam fidejus-  
sio vertatur, dict. l. de die 8. § 1. vel si minor  
majorem le dixerit in fidejubendo, & ita dece-  
perit creditorem, ex authentic. sacramenta, C. si  
adversus vendit quod latè exponit Noguerol ubi  
proxime: vel si in causa pia intervenerit, velut  
ut patrem captivum redimat, aut in carcere de-  
tentum liberet, authentic. si capro, C. de Episc.  
& clericis Noguerol supra, num. 7. Barbolanum 3.  
& 4. Quare merito Papinianus in l. si Titius 48. ff.  
hoc tit. dixit hoc beneficium in in certa esse, quia  
his exceptionibus, & aliis limitatur. Nec etiam  
feminae, & clerici licet, & efficaciter fidejus-  
sores intercedunt, ut probavi in cap. 1. hoc tit.  
& in cap. ex rescripto, de iure. Etiam milites  
armatae militiae, qui in castris degunt, si pen-  
dique merent, idonei fidejussiones non sunt,  
nisi in negotium proprium interveniant, dict. l.  
de die 8. § 1. ff. qui sati/d. missis 31. C. locati,  
l. 2. titul. 12. partit. 5. ubi duas rationes assignat  
Alphonfus noſter illis verbis: Porque noſe empar-  
gue el servicio de el Rey, y porque los hombres no  
pudieran auer derecho de ellos tambien, y tan lige-  
amente, como de los orvos. Incutit enim terrorē  
cingulum militare, ut probat Juvenalis, siue  
quivis auctor est, satyr. 16. notarum. Eringius  
dict. cap. 7. num. 160. Pittus dict. sejt. 8. cap. 4.  
Gomez dict. cap. 13. num. 10. quod procedit in  
militibus in expeditione ipsa occupatis, qui ca-  
stra sequuntur, & stipendia merent; non vero in  
illis

**Tit. XI. de Fideiustoribus.**

405

illis, qui parati sunt ad bellum, vulgo dicimus  
terciados, & quintados; quia illi ex fideiustione  
efficaciter obligantur, ut docent Gregorius Lo-  
pez in dict. l. 2. glos. 1. Gamma decr. 365. per  
rotam, ubi Flores de Mena.

Succedunt filiusfamilias, & servi, circa quos  
sciendum est, quod cum filiusfamilias inte-  
grum caput in civitate habeat, l. nam civium 4.  
ff. de his qui sunt sui vel alieni, l. illi a quo 13. §.  
ultim. cum l. sequent. ff. ad Trebel. & obligari  
possit ex quibuscunque causis, non minus quam  
pater, l. si quis cum filio 44. ff. de pecul. l. ram ex  
contradicibus 57. ff. de judicio, l. si prædia 38. in  
fine, ff. de donas. inter, l. filius 39. ff. de obl.  
& ait. nulla est ratio cur ex fideiustione efficaci-  
tor non obligetur: sed ob bonorum defectum  
illum non esse idoneum fideiustorem, dicitur in  
l. 3. ff. hoc tit. nec in necessariis fideiustionibus  
esse admittendum, nisi cum alii etiam non ido-  
nei admittantur, veluti in specie textus in l. 2.  
§ quod ait 3. juncta l. sequenti, ff. qui satisd. cog.  
unde si in aliis causis intercedat, tenet obliga-  
tio, l. nulla §. C. quod cumen, l. item 7. in princip.  
ff. ad Macedon, nisi per fraudem intercedat filius,  
qui ut talis tanquam principalis obligari non po-  
terat, ut dicitur in l. 1. ejusdem legis: idemque  
de mandato docetur in l. si vero 12. §. idem 4. ff.  
mandati: quare sui juris factus tenetur ex bonis  
propriis solvere, l. si dubitet 10. § filius, ff. hoc  
titul. & dum est in sacris paternis, tenetur ex  
bonis castrensis, vel quasi, seu alii ad eum  
spectantibus solvere, dict. l. 10. §. filius: & ita  
solvens actionem mandati habet contra reum  
principalem, non directam, sed utilem, quia  
directam patri acquisivit, in cuius potestate erat  
tempore, quo contraxit, l. si vero 12. §. filius, ff.  
mandari, l. quidam 46. in fine, ff. de heret. insti-  
ubi cajacis trait. 2. ad Af. i. Revardus in l.  
qui 19 ff. de reg. jur. Gothofredus in l. filius 76.  
ff. de v. v. obl. imminet eti non fidejubet ex cau-  
la peculari, nec ex re patris, sed ex quacun-  
que alia l. 2. §. sed si filius 9. ff. de peculio. Po-  
test enim filiusfamilias pro patre reo principali  
efficaciter fideiubere, l. 1. C. de filiosfamil. minor  
l. sex alio 9. C. quod cum eo, l. si paternam 8. C.  
ad Vellejanum, l. filius 8. C. hoc tit. l. si dubitet 10.  
§ filius, ff. eod. ubi referuntur effectus similis  
fideiustionis. Et licet vulgo habetur, quomo-  
do filius pro patre intercedere possit, cum juris  
censura una eademe persona cum eo creda-  
tur, l. ultima, C. de impuber & nemo apud se-  
ipsum, vel pro seipso fideiubere possit, l. heres  
21. §. servu 2. l. Granius 71. ff. de fideijs. in prom-  
ptu solutio est, siquidem filius in his, qua ad  
patrem pertinent, & sunt correlativa inter  
utrumque, censetur cum eo una, eademque per-  
sona: sed in his, quæ spectant ad extraneos ha-  
betur, prout est, pro diversa persona; & ideo  
apud extraneum obligatur, in judicium trahi-  
tur, & cetera agit, aut paritur, tanquam pater-  
familias; & ita potest pro patre apud extraneum  
fideiubere, non vero pro extraneo apud patrem,  
argumento legis Imperator o. ff. ad Trebel. Non  
idem dicendum est in servo; si enim extra cau-  
la fideiubet peculiarem, & extra rem domi-  
ni, inutilis fideiussio est. Differentiam inter  
utramque personam notavit Ulpianus in dict. l. 3.  
§. si filius 5. §. Italianus 6. & §. sed si filius 9. ff. de  
peculio: quam comprobant textus in l. 3. l. sed

3A  
2  
1  
CAPUT

et si 20. juncta l. servus, antecedenti: & c. contra-  
rio sensu; l. heres 21. §. servo 2. hoc titul. l. de  
die 8. l. if servus 2. ff. qui satisd. cog. l. in persona 30.  
§. 1. ff. de patti: in cuius differentia ratione  
reddita non conseruentur. Interpretæ, omisis  
traditis ab Heringio de cap. 7. n. 292. Veram assi-  
gnavit D. Iosephus de Rebus de fideiustoribus cap.  
5. num. o. supponit enim perdoctus vir, diffe-  
rentiam hanc non placuisse tam Sabinianis, quam  
Proculeianis; immo & Sabinianorum senten-  
tia tantum differentiam illam obtinuisse, quia  
Proculeiani nullum inter filium & servum dif-  
ferentiam constituerent. Et licet sententia Proculeianorum iuri consona sit, differentia tamen  
Sabinianorum magis accedit respectui podo-  
ris, & verecundiz paternæ; erat enim indecens,  
ut fatem peculio tenus, cuius administratio-  
nem filio permisaret, pater recusaret implere  
fidem à filio promissam in fideiustione; pudorem  
enim filii in patrem reflectimus, ut pudorem pa-  
triis in filium, argumento legis isti quidem 8. de eo  
quid meus, l. quamvis 20. ff. solut. marum que  
ratio in servo erga dominum non militat; fides  
enim servi nulla, aut fluxa est; & eius persona,  
sita dici potest, omnium est vilissima iuriis Ro-  
mani censuræ. Hac ergo forsan ratione ait lau-  
datus Preceptor, quod Sabiniani fideiustionis  
servilis extra causam peculiarem facta nullam  
curam habuerunt, sed fideiustionem filii volue-  
runt patrem obligare peculio tenus, ex quacun-  
que causa fideiustificet: a quibus imbutus Julianus,  
qui euidenter scholæ fuit, l. 2. in fine, ff. de  
orig. jur. respondit in dict. l. 3. §. filius 5. cum sequē.  
eam differentiam, que in fideiustione datur, dati  
etiam in obligatione mandati, si servus, vel filius  
lius extra causam peculiarem rem domini man-  
daverint; mandatum enim filii patrem onerat,  
sed mandatum servi non onerat dominum. Nec  
obstat textus in l. si servi 42. ff. de negot. gestis,  
ubi actio de peculio ex mandato servi in domi-  
num competit; quia accipiens est juxta pro-  
positum differentiam, quando ex re domini vel  
propter negotium peculiare servus mandavit.  
Idem dicendum esse in compromisso, & in iuram  
mento delato a servo, vel filio, docebat probat  
ipse preceptor num. 20.

Tandem monachi, qui nec velle, nec nolle  
habent. cap. dilectus 27. de elect. in 6. cap. 2. de  
testam. eod. libro. cap. non dicatis 12. quest. l.  
ideoque servis æquiperantur, licet minus ortho-  
doxæ à Duarenio ad turulum de condit. indeb. cap.  
6. Oſualdo lib. 17. Donelli, cap. 20. littera A. non  
aliter ex fideiustione obligantur, quam acceden-  
re superioris consensu, & licentia maioris partis  
Capituli, l. 2. tit. 12. p. 5. quo casu procedit  
textus in cap. ex rescripto 9. de jure iur. docuerunt  
plures conegiti à Barbosa in præsentia. & lib. l.  
juris eccles. cap. 43. num. 58. quibus addendi plu-  
res conegiti à Tamburino tom. 3. de jure Abbat.  
disputat. 3. quest. 6. num. 35. Diana p. 11. tract. 4.  
resol. 31. Heringius de fideijs. cap. 7. num. 47.  
Pirrhus Maurus eod. tract. sect. 8. quest. 11. nam  
monachi quid proptimum non habent, capite  
cum inter, de statu monach. nec res monaste-  
rii distrahere possunt; quare non est unde  
consistat obligatio, & ideo ipso jure fideiussio  
nulla est, cum nec persona, nec bona adfiant,  
in quibus consistere possit, ut de servis proxi-  
mè diximus.